BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Tobias ex tribu et
ciuitate neptali
que est in superiori
bus galilee super
naasson post uiam
que ducit ad occi
dentem in sinistro
habens ciuitatem se
phed cum captus esset in diebus sal
manasar regis assiriorum in captiui
tate positus uiam ueritatis non deseruit
ita ut omnia que habere poterat coti
die cum captiuis fratribus qui erant
ex genere suo impartiret. Cumque es
set iunior omnibus in tribu neptalim
nichil tamen puerile gessit in opere. De
nique cum irent omnes ad uitulos au
reos quos ieroboam fecerat rex israel
hic solus fugiebat consortia omnium. et
pergebat ad ierusalem ad templum domini
et ibi adorabat dominum deum israel
omnia primitiua sua et decimas suas
fideliter offerens ita ut in tercio an
no proselitis et aduenis ministraret
omnem decimationem. Hec et his simi
lia secundum legem dei celi puerulus ob
seruabat. Cum ergo factus fuisset
uir accepit uxorem annam de tribu
sua. genuitque ex ea filium suum no
men suum imponens ei quem ab infancia
timere deum docuit et abstinere ab
omni peccato. Igitur cum per captiui
tatem deuenisset cum uxore sua et
filio in ciuitatem niniuen cum omni
tribu sua et omnes ederent ex ci
bis gentium iste custodiuit animam suam
et numquam contaminatus est in
escis eorum et quoniam memor fuit
domini in toto corde suo dedit illi deus
graciam in conspectu salmanasar
regis et dedit ei potestatem quocumque
uellet ire habens libertatem quecumque
facere uoluisset. pergebat enim per
omnes qui erant in captiuitate et
monita salutis dabat eis. Cum autem
peruenisset in rages ciuitatem medorum
et ex his quibus honoratus fuerat
a rege habuisset x talenta argenti et
cum multa turba generis sui gabelum
egentem uideret qui erat ex tribu eius
sub cyrographo dedit ei memoratum
pondus argenti. Post multum uero
temporis mortuo salmanasar rege
cum regnaret sennacherib filius eius
pro eo et filios israel exosos
haberet in conspectu suo. tobias cot
tidie pergebat per omnem cognationem
suam consolabatur eos. diuidebat
que unicuique prout poterat de facultati
bus suis. Esurientes alebat nu
disque uestimenta prebebat et mortu
is ac occisis sepulturam sollicitus
prebebat. Denique cum reuersus esset
rex sennacherib fugiens a iudea plagam
quam circa eum deus fecerat propter
blasphemiam suam et iratus multos
occideret ex filiis israel tobias sepelie
bat corpora eorum. At ubi nunciatum
est regi. iussit eum occidi et tulit
omnem substanciam eius. Tobi
as uero cum filio suo et uxore fugiens
nudus latuit quia multi diligebant
eum. Post dies xlv. occiderunt re
gem filii ipsius et reuersus est tobi
as ad domum suam omnisque fa
cultas eius restituta est ei.
Post hec II
uero cum esset dies festus

288